

significantia sunt agni immaculati qui sacrificium Deo offerri habebat quod in prima pascha conceptionis suae in utero matris non eum oportuisset occidi. Et ideo Ioseph sciens praegnantem esse Mariam ne tamquam stuprata aut adultera lapidibus interficeretur *clam eam dimittere voluit*;<sup>1</sup> ut vero non occideretur agnus immaculatus in lacte matris suae: sed inter haec ascendit, inquit, Maria ad Elisabeth visitare eam post mense sexto conceptionis eius.<sup>2</sup> Tunc et Cohannes inspiratus est et fecit ibi Maria cum Elizabeth menses alios tres. Et sic expletis novem mensibus in mense decimo peperit Iohannem octavo kalendas iulii qui est nonus mensis a septembre et quartus a martio inchoationis anni, de quo propheta Zacharias dixerat *ieiunium quartum esse domui Iuda in laetitiam et gaudium*.<sup>3</sup>

[...] Nam Christus vero qui in nativitate Ioannis iam trium mensium incorruptae vulvae fuerat conceptus, supererant ei, ut et ipse secundum humanam nativatem suppleret menses novem, alii menses sex.

672

## ANONYMUS (saec. IV)

CARMEN <sup>4</sup>

[...] Ne tamen insignem res nulla ostenderet ortum,  
Virgine conciperis: non sufficit esse pudicam,  
Nec quae nupta queat Domino coniungere fratrem,  
Ne procul ex utero contagio turpis abesset.  
Mox ubi processu felix maturuit aetas,  
Indociles animos monitis servare paternis  
Aggrederis, rectamque viam labentibus offers.

673

## FIRMIUS MATERNUS, IULIUS (saec. IV)

## DE ERRORE PROFANARUM RELIGIONUM (343-350)

Cap. XXVI. [...] Ex virginis terrae limo factus Adam praevagatione propria promissam perdidit vitam. Per virginem Mariam ac Spiritum sanctum Christus natus, et immortalitatem accepit et regnum. [...] Deus Abrahae clarius a coeli sideribus promiserat re-

674

<sup>1</sup> Matth. I, 19.<sup>2</sup> Cf. Lc. I, 39 et 36.<sup>3</sup> Cf. Zach. VIII, 19.<sup>4</sup> Quarto ineunte saeculo in Africa scriptum (PLS I, 180).

● PLS I, 543, 544, 554, 563.

gnum: ideo ex genere Abrahae descendens Maria virgo Deum concipit, ut supradictorum hominum soboles immortalis societatis vinculo iungeretur.

## S. OPTATUS Milevitanus (saec. IV)

### SERMO DE EPIPHANIA

- 675 [...] Accepit et Christus aurum: honorificentia erat istorum, non avaritia illius. Mater gavisura erat de auro? Totum gaudium eius erat in Christo. PLS  
I, 298

## IGNOTUS (saec. IV)

### TRACTATUS IN LUCAE EVANGELIUM

- 676 Cap. I. [... Elisabeth] occultabat se mensibus quinque donec descenderet in puero anima, et Spiritu sancto confirmaretur. Agro virgineus campus eius exemplo concipiendi roboraretur flore salutis. Occultabat se et erubescerat, usquequo puer velut milix devotus saltaret ante caelestem imperatorem, et matrem suam matris Domini faceret laudatricem. Usque tunc abscondebatur se. Postquam autem salutis progenies coepit virginis pubescere utero, et ad visitandum saeculum propinquare, gloriabantur dicens *quid mihi sic fecit Dominus?*<sup>1</sup> Non Zacharias, sed Dominus, quia a nullo humano adiutorio, sed divino beneficio gaudeo. [...]
- 677 [...] *Qui habitat in adiutorium altissimi;*<sup>2</sup> non ut adiubet patrem, sed ut adiubet mundum. Et, Iesu filii Dei Altissimi. Erubescat Paulus, Fotinus, et Ebion, quia quem Maria concepit et peperit, non Mariae est, et homo hominis filius; sed filius Altissimi vocabitur. Ecce vocabitur Altissimi filius. PLS  
I, 331
- 678 [...] *Dixit autem Maria ad angelum: quomodo fiet istud, quod virum non novi?*<sup>3</sup> Super naturam et substantiam extendis sermonem. Dictum tuum non solum me, sed totum mundum stupescere facit...  
... mater; vivorum Deus pater. Non debet esse ante filium pater qui vitam filio dedit, et nihil accepit a filio? Sicut de illo filius gloriatur: *sicut pater habet vitam in se, sic et ego vivo propter patrem,*<sup>4</sup> non pater propter me; et vos vivitis propter me. Et ne diceret sancta

<sup>1</sup> Lc. I, 25.

<sup>2</sup> Ps. XC, 1.

<sup>3</sup> Lc. I, 34.

<sup>4</sup> Io. V, 26 et VI, 58.